





Rep. LXII^{A.} 2. no. 62.

15,825-



DECLAMATIVNCVLA
DE SACRO
 SANCTA, TERQVE BE-
 nedieta Trinitate.

IN ILLVSTRI MARCHIONVM
 Brandenburgensium Academia: Decano, Specta-
 bili Clarissimoq; Viro, Dn. M. CHRISTO-
 PHORO NEANDRO, Ethices Professore pub-
 lico, publico ritu habita, ad diem XXIII,
 Iun. Anni CIO. IOC, III.

à
 M. IOHANNE SCHARLA-
 chio Gardeleg. Marchico.



FRANCOVRTI.

Typis Andreæ Eichorn.



π

M. IOHANNI
SCHARLACHIO

DE SACROSANCTA TRINITATE
peroranti.

COELITUM spiras sensus, sapidisq̄ camænis
Excolis æthereæ dogmata sancta scholæ.
Ergo, utcunq̄, volet, singultibus impleat orbem.
Livor: *¶* in modulos exerat ora pios,
Exerat, at morsus demùm exercebit inanes,
Invidia *INIVSTA* fit tibi *IUSTVS* Honos.
Non id amor, sed honor meritissimus, occidit. Et te
Tum Patriæ, ac Patri, signat adesse decus.

IOAN—OTHO SCHENCK
L. Baro de Landzbergk.

ILLVSTRI AC GENEROSO

Domino,

DOMINO FERDINANDO,
LIBERO BARONI DE BYBER-
stein, Domino in Forst & Pforten &c. Marchi-
onum Brandenburgensium Academiae Franctur-
tanæ, pro tempore Rectori Magni-
ficentissimo:

VARIS item

REVERENDIS, DOCTRINÆ PVRIORIS
*integritate, ac constanti semel agnita Verita-
tis patrocinio amplissimis*

DN. CHRISTOPHORO PELARGO,
DN. ANDRÆAE VVENZELIO:

Sacrosanctæ Theologiæ DOCTORIBVS, ac in il-
lustri Academia Viadrinâ Luminibus
id temporis clarissimis.

*Dominis, Patronis, ac Promotoribus suis
Colendissimis. S.*

NUnquam antea, illustris ac generose BARO, VIRI item Reverendi,
Clariss. meam, qualicumq; ratione, animi Gratitudinem erga vos
humilimam, ausus fui declarare. non quod mihi voluntas, aut ea
quæ ad amplissimas VV. Dignitatum excelsitates perscribi posse
existimarem deessent: Sed quòd verebar, tantis viris, tantumq; occupatis,
rudibus meis Camœnis obstrepere. Verè enim vobis accidere colligo, quòd
Salomon inquit: Multiplicans Sapientiam, multiplicat molestias. Nam
gravissimo V. Magnif. officio, præclarissimâq; VV. Rever. Sapientiâ, uti
cum

cum velint omnes, omnes ut honori, ita & oneri quoque, esse non est dubium. Interim vero tamen succurrebat mihi omnium eruditorum communis hæc sententia, quod nempe nulla res, nullumque studium, magis exornet Adolescentiam, aut perfectioris etiam ætatis juvenes, quam si aliquò in literis progressi essent, ut ipsæ DEVM, DEIque SS. Festorum solennitates pro virili concelebrarent, hominumque, quoad ejus possit fieri, favorem æque sibi conciliarent. Quare cum intelligerem, me rem non ingrati spectabili DN. DECANO, ac Alijs, præstiturum, si in tanto festorum concursu, de certâ materiâ, & quidem de SS. Trinitatis splendidissimâ illâ, publico ritu laudatoque more perorarem, facile me in hunc locum passus sum produci. Cæterum, absolutâ in congressu frequenti, Peroratione, persuasor atque impulsor accessit, debitum vereque humilimum observantiæ studium, gratitudinisque non immemor Animus, ut V. Generosæ Magnificentie, vestroque Rever. ac Dignitatum fulgore eximio, eandem scripturam sacram, summissè consecrarem. Vestrum erit, idem Tyrocinium, quâ primum, quâ laudabile, benigno vultu suscipere, vestroque favore, accrescentium in Ecclesia DEI plantarum minores, æque unâ ad majora confirmare. Francosurti ex ILLVSTRIS DOM. mei, museo Dabam IV. Kal. Jul. ANNI M. DC. IH.

Generosæ V. Magnificentie
V V. Excell. ampliss.
subjectissimus

M. Iohannes Scharlachius.

DECLAMATIVNCVLA
DE SACROSANCTA TERQVE BENEDI-
cta Trinitate.

Hunc etiam nobis clarissima festa ferentem
Cynthus Eo portat ab orbe diem.
Quo sacra regalis succedunt tempora lucis,
Quæ grave de TRIADIS nomine nomen habent.
TEMPVS, & IPSA monet, tenui deducere filo
Grata sibi, PIETAS carmina: grata DEO.
SPIRITVS alme veni: rege cor: atq; instrue linguam:
Ne, levis errati, vox per inane ruat.
Sis facilis: Sanctumq; iuves, bonitate, laborem:
Nam sine TE recta non licet ire via.
SANCTA TRIAS, BENEDICTA TRIAS, Deus arbiter, vnus
Qui cœli omnipotens Rector in arce sedes:
Tu simul hunc iterum mitis decurre laborem:
Ut cœptum hoc decori seruiat omne tuo.
Gloria, laudis honos, victoria, palma, triumphus,
TE decet, inq; choris hymnus, & ore melos.
Nos clemens regis: almus alis, bonitatis abundans:
Quod sumus; & regimur: munus id omne tuum est.
Ergo, quod acceptum refero tibi, læta bonorum
Mens memor, hoc laudis TE DVCE tentat opus.
Tu modò da sancti, precibus veneratus, vt adsit
Et sanctum foveat, Fomes amoris, opus.
Tùm TIBI, Suada suas impertiat, INCLVTE, dotes,
RECTOR, Marchiacæ ô lumen? honosq; scholæ.
Vt tua perfudit nostros præsentia vultus,
Dispulit & si quis hæserat antè, metum.
Vos reliqui ILLVSTRES generosâ è stirpe BARONES,
Heroum sanguis clare per arma Patrum.
Quàm benè commendas cœpti conamina nostri,
Atq; aperis Musis ad graviora viam.
Tv quoq; Formator morum, Spectate DECANE,
Quàm tua mens nobis officiosa favet.

A 3

Vos

de Byberstein.
de Landehberg.
à Puchlit.
a Mofhahn.

Vos itidem CLARIQ; VIRI, IUVENESQ; politi,
Castalij dulcis digna corona Chori.
Este boni: atq; aures nobis præstate serenas,
Non erit officij gratia surda pij.

Nescio quid præter solitum, discrimine trino
Ter sacer Alituum consonet ore Chorus.

Quando inter sese strepitasse per aëra pennis,
Flaminis Amosides numinae plenus ait?

Cap. 6. vers. 3

Lev. 117.44

SANCTVS in æterno splendebat honore, IEHOVA;
Et vehitur nitido nixus in astra throno.

Per cœlum altifono (dictu memorabile) plausu,
Ad latus accinctus fertur vtrumq; chorus.

Apoc. 4. v. 8.

Terq; sacros iterat circum sacra Numina cantus,
Et SANCTÆ celebrat vocis honore, Deum.

Quis metus, Aligeri? aut meritæ victoria laudis,
Vos agit in certos ducere verba modos?

Scilicet æternum lucentis imagine formæ

NVMEN. ID in triplici vidit honore phalanx.

VIDIT. & hinc toties cecinit super astra triumphum,

Quæ Patris astrigeri perstat ad ora cohors.

(AN SIT DEVS.

Quis malus hisce sacris diffidere testibus audet?

Ipsæ volens trinum voce negare DEVM.

Nemo. Sed interdum os DOMINVM profitetur: at intus,

(Cum DEVS auxiliij differat vltro moram:)

PECTVS, & IPSA FIDES, nimium (heu) stupefacta vacillant,

Et dubitant prisca de bonitate DEI,

Hinc Fidei miseros toties sentimus abortus

Et via proclives ad stygis ima rapit.

Ierem. 9. v. 6.

Firma fides paucis. dolus est: quod (more) fatentur,

Nec flecti faciles ad meliora volunt.

Psal. 14. v. 1.

Fabula, Securis, Deus est: & nœnia vulgi:

Omne levi levius nomine Numen habent.

His

His sua sunt Furiae circum praecordia venae,
 Et stupidum cautis semina pectus alit
 Firmior o nostrae duret sententia mentis:
 Luceat in Sanctis Spes, & opima Fides!
EST DEVS. Et nisi sit, quid Coelum? Terrat quid Vnda?
 Bruta quid? aut Homines? singula, triste chaos.
Hunc bene NOSSE DEUM LUX & SAPIENTIA SVMMa EST, *Jer. 9. v. 24.*
 Quam **DEVS** in luteum sparsit, alitq; genus.
 Et nisi sint Homines, coeliq; Deiq; sagaces,
 Quid nisi res stupidae sunt? & inane lutum?
 Vnda fit unde? rogas: Praesto est, qui singula finxit
 Quattuor in vacuo corpora prima solo.
AER, IGNIS, AQUAE moles, & TERRA, Regentem *Rom. 1. v. 20*
 Aeternum referunt. Quis neget, esse **DEVM**?
 Qui negat esse Deum, proprium si corpus & artus
 Respicit, artificem tunc sciet esse **DEVM**.
 Corporis apta strues, sapientem denotat artem,
MENS, CAPVT, & RATIO, plurima, firma, docent.
 Si simul & nostri motus qui cordis? & unde
 Sensus? & ipsa **DEI** conscia corda? roges. *Rom. 2. v. 15*
 Signa dat omnis Homo Factoris: & omne creatum.
 Innuit Autorem Stella vel herba, **DEVM**:
 (*QUALIS SIT.*)
VNVS in Esse **DEVS** semper manet. Hic tamen in **SE**
TRINVS, ab effectu noscitur esse suo. *Dent. 6. v. 4.*
 Non tamen inde **DEOS** credas **TRES** esse; sed **VNVVM**. *Iob. 15. v. 26.*
 Est **TRINVM** specimen, vis sed & **VNA** tribus. *I. Iob. 5. v. 8.*
 (*PROPRIETATES*) *Mat. 28. v. 19*
GIGNIT ab aeterno Gnatum Pater: **ILLE** Parente
GIGNITVR & Patri par in honore manet,
EXIT VTROQVE sacer divini Fomes amoris,
SPIRITVS; aequali dives honore Deus. *Et in Symbolo*
 Omnia per **VERBUM,** **GENITOR,** sed **FLAMINIS** auctu. *Arhanasy.*
 Condidit, in triplici nomine, Numen idem. *Pf 33. v. 4.*
 Principium **GENITOR** poluit. Fundamina **NATVS** *Iob. 1. v. 3.*
FIRMAT, & afflatu **SPIRITVS** omne fovet, *Hebr. 1. v. 2.*

IPSE Homini vitam PATER addit; at VNICE, lapsam,
 O FILI reparas. FLAMEN at alta docet.
 Nos vocat ipse PARENS, SOBOLIS per verba: Roganti
 Cordaq; quò fidant. SPIRITVS apta creat.
 Isthoc PER VERBVM regimur Duce. & omne benigne
 Præsidio verbi cedit, & HVIVS ope.
 Hoc DVCE semper opus. nil hoc sine præside firmum.
 Hoc sine ad astra manet devia quæq; via.
 Flamen qui renuat quid Homo? quod vermis inermis;
 Quisquiliæ; indignum perpete sede lutum.
 Labe suâ propriâ cadit: arte, resurgere nescit:
 IS faciles lapso porrigit usq; manus.
 E nobis metus est. Solatia Flamine pendent.
 Sic Hominis proprium Culpa: Medela DEI est.
 Heu captis facile, heu! nimium oblectamine culpæ
 Mentibus, in præceps ad scelus omne trahi.
 Spiritui in melius facile est convertere morbos:
 Hoc Duce ad astra patet regia cuiq; via.
 Nosse DEVM juvet ergò. Iuuet scire, unde petamus,
 Spondet & hinc etiam gratia mitis opem.
 Sic patet ESSE DEI. Quis sit; qui providus arce
 Solus in æthereâ TRINVS & VNVS adest.
 Est PATER, est SANCTO cum FLAMINE, FILIVS; ille
 Natus ab hac patriæ mentis imago die.
 Effera comminuens ferrato colla tridenti,
 Et tanquam Figuli vasa caduca terens.
 TRES tamen esse DEOS, si quis putet, avius errat:
 Et stygis in casses mens male—vasra ruit.
 NEMO sibi ex placito numerum quemcunq; Deorum
 Fingat. ut astrigeri nescia turba DEI.
 Quæ sibi tot (miserum) Superos finxere, per ævum
 Quot non vixerunt orbis in arce Proci.
 Quos ego si memorans, intentis, forte Camœnis
 Enumerum, numeris cederet ordo meis.

(E SOLO

Ioh. 14. v. 13

Heb. 1. v. 3. 5

Psal. 2. Hodie

Genus TE.

Rom. 1. v. 22

et 23.

(**ESOLO VERBO AGNOSCENDVS.**)

Porro. Sibi Verbo quàm se patefecit & actis,
Hunc alium fingat numine Nemo DEVM.
Vt Mahometh: lucem obscurans: &, quis fuit Alter?
Qui rapit in tenebras quod fuit usque dies.
Oblitus FIDELq; sacræ, sociæq; salutis,
Dùm trinum haud dubitat (triste) negare DEVM:
Gutura constructis Flammis opplevit, & exors
Regnorum Fidei cessit ad intra stygis.
Non tibi tres superesse DEOS, tua fingat inepta
Mens, alium satagens lucis in orbe diem.
Extat ibi verbum, divina voce quod olim
FILIVS è patrio protulit ipse sinu.
Non ibi, vafra DEI verbo, mens, indiga, metam
Collocet; aut Ratio ponat inepta modum.
VNVM NVMEN idem tribus est, TRIBVS una Potestas:
Vnica Mens: unum pectus; & vnus Honor.
Est Deus VNIGENA sub HYPOSTASE TRINVS, ut ipsum
Se DEVS è verbi noscere lege dedit.
Addat ad hunc Nemo; Nemo corrumpat, eundem,
Qui gravis è verbo Numinis ordo, patet.
Heu! quid obest Ratio? verum tenuere beati,
CHRISTI, quot quot ovant, integritate logi.
Ergò opus est precibus, cœli ter sancta potestas
Roboret ut dociles proxima Mentis opes.
Et sociam fragili firmet sub pectore flammam,
Vt benè credamus, quod benè, CHRISTE doces.
(**VBIq; LIBERE PRÆSENS.**)
ILLE suis præsto DEVS est, & in omnibus omne est,
Qui firmam in DOMINI spem bonitate locant.
Omnibus ILLE locis DEVS astat; & omnibus horis
Solutus & in socios durat, ut antè, dies.
In cruce si fugiens totus te deserat orbis,
Est medius medijs fluctibus ipse DEVS.

B

Qui

Hilarlus:
ADEO per
verbum disci-
mus, quid de
DEO sit sen-
tiendum, quia
non aliter, ni
si se Autore,
agnoscitur.
Michaël Ser-
vetus.
Ier. 6. v. 10.
CVI loquar?
et QVEM con-
testabor? ut
audiant, ibid.
Ecce verbum
Dominifaco-
tum est eis in
opprobrium,
& non susci-
piunt illud.
Iustin. de Tri.
Certissimum
Incredulitatis
argumentum
est in mysteri-
js dicere, quo-
modo?

- Ier. 15. Qui solus nostrum caput est, & causa salutis,
 Bellabunt ad- Cujus & a dextra profuit omne bonum.
 versum te, & Est IDEM in nobis. agitante, calefcimus, illo:
 non prevale- Et sua tunc animus munia liber agit.
 bunt, quia Est simul in coelo: & moderamina Terra per ipsum
 ego Tecum. Sentit: & ipsius styx tremit ima manus.
 Nec locus est justis vacuus Genitoris habenis,
 Quas non infernus, nec vaga vitat, Aqua.
 (AETERNVS ac INCOMPRAEHENSIBILIS.)
 Apo. 5. v. 15 VNDE fit ille DEVS; quâ coepit origine, primus.
 Iob. 36. v. 26. Vel satis amplecti, Tempus, & Esse, DEI:
 Non opus est Hominis: Quia mens labat ægra, nitore
 Victa DEI. & nobis non satis ista patent.
 Dama. l. 1 c. 2. Mens terrena videt: luci RATIONIS ad arcem
 ἐσι θεός ἄ- Aetheream tuto non datur ire pede.
 ναρχὸς ἄ- Quo magis alta petit, magis ignibus acta coruscis,
 τελευτή. Obscuros Erebi fertur ad usq; lacus.
 & c. & paulo Icarus Exemplum statuit; vastiq; Gigantes:
 post: ἀκατά- Immò opifex turris nubiferentis auens.
 ληπτ. Quo magis hunc sensus perquirimus ordine, nostro
 Isichius. Nihil Aspectû fugiens subtrahit ora DEVS.
 de Deo qua- Nube regens oculos, vires RATIONIS inermes:
 ramus, nisi Respuit, & FIDEI quærit, & auget, opes.
 quantum ser- Coelica si turbant, meditantur & ardua sensus
 mo Evangelii- Aut patriâ addubites de bonitate DEI:
 castradit. Num DEVS accipiat peccati mole gravatos,
 Spes fit an in verbi tuta locanda sono:
 Apo. 5. v. 5. Parce ait alma FIDES, VICIT LEO, victor ab alto:
 Vive FIDE; & victrix, Spes tua firma, manet,
 Sic lucem infundens menti succurrat, oportet;
 Hac illâcq; FIDES, fert animosa facem.
 Quippe nec, in tanto naturæ turbine, nostræ
 Est opis, æthereum velle videre Deum.
 Iob. 1. v. 18. Spes ni credula alat, dubij, moreremur; & omnis
 Sic foret a verbis mens aliena DEI.

Sed

Sed veniet seculi lustris fugientibus ætas
 Ultima, tot votis sæpè rogata pijs.
 Quâ benè defectus explebit numine Christus,
 Integer æthereæ Doctor ab arce Scholæ.
 Nec longum in medio tenepus; simul incipit æstas
 Dulcis, & æterni judicis hora venit.
 Iudicij dudum venit præco, ipse & orbis
 Amplius hæresium ferre recusat onus.
 Provocat ad templi querulis altaria Christum
 Vocibus, æterno Sponsa beata toro.
 Aspice: & hæ, dum ferre pedem Deus ultrò moratur
 Profusis lacrumis immaduere, genæ.
 Sed quid? Tu ó populum revoca, PATER, opto (bonum sit)
 Evigila; & cuncti finiat ordo mali!
 Lætor ió! propè adest. & hymen in limine clangit:
 Et tuba: tum Sponsum Sponsa benigna vocat.
 Oruat axe DEVS! veniens pergratus & Hospes
 Nos vocet in Patriæ tecta beata domus.
 Quâ domus, & Patria est, sedes ubi Fata quietas
 Et monstrant posito sine doloris opem.

Iob. 16. v. 23

APOC. 19. v. 7

Ps. 93. v. 3.

Iob. 3. v. 29.

Ps. 19. v. 6.

Iob. 14. v. 2.

P R E C A T I O.

Tu tamen intereã, gressus quoad ultrò moraris,
 Fœdere perpetuo nos bone CHRISTE tene.
 Quinimò in tanto firmes discrimine longo,
 Atq; tui, nostrum pectus, amore reple.
 Vt spe nixa FIDES magnæ super ardua petra
 Hæreat, in focios non abolenda dies.
 SANCTA TRIAS, BENEDICTA TRIAS, Veneranda Potestas,
 Sis præsto in terris Dux, comes, aura, Tuis.
 O Decus! ó jubar æternum! inviolabile Numen!
 Quod canimus nostrum sit tua fama, melos.
 Tu properanter opem cunctis benè pròvidus offers;
 Nos quoties dextræ fortis egemus ope.
 Tu facis, ut placidi toto stent aëre venti,
 Ponat & in sicco molliter unda minas.

Bij

Tuq;

Tuq; famem, Pestemq; fugas, penuria rerum
Nè premat; aut toto sæviat orbe lues.

Tu tua respiciens vultu pia membra sereno,
Excubias patrio pectore semper agis.

Apo. 5. v. 13.

Si quis honor: si quæ laus: & victoria palmæ
Dulcis: id omne DEVS solus & unus habes.

Apo. 7. v. 12

Palma tibi, tibi Laudis honos, tibi Gloria soli,
Dùm Chorus in cœlis, dum sonat orbe melos.



Dèniq; MACNIFICE ó RECTOR, venerate Tuorum
Sanguis, & Aónij dux generose gregis.

Quæ TIBI? quæ vobis? illustri é stirpe BARONES
ILLVSTRES: Sophiæ quæve DECANE, TIBI?

Quæ tibi? Doctorem veneranda corona virorum,
Tufba, DEI cultu, legibus, arte, potens.

Quæ tibi? NOBILIVM spectata propago parentum:
Musarumq; simul tota polita cohors:

Quæ tibi? quæ vobis spondebo præmia? grates
Quas fundam rauco deniq; ab ore pias.

Pro tanto officio, tantoq; fauore benigno,
Quod placuit nostram condecorare Scholam:

Illiusq; decus gravibus præponere curis,
Gens adeò Musis officiosa, fauens.

Nomen honoratum tribuat benè gratis Apollo,
CHRISTVS & hinc saluos ducat adire domos.

Digna q; apud vivos maneat vos gratia, nomen
Dum vireat Phœbi, dum schola nostra viget.

Atq; ità me parvo exsolvi sat carmine: VOBIS
Si placeo; ut volui: sin minus; ut potui.

D I X I.

Op. var. 87^h ✓

